

De latinitate
G. Solli Apollinaris Sidoni.

Particula altera.

De istigis
mobilis circumflexa illoc.

magis chalcis



Quum abhinc duos ferme annos quaedam de compositione Apollinaris Sidoni in vulgus proderem, vix credidi post tam brevem intercapelinem me inchoatum opus ad finem esse perducturum. Nunc quoniam urget necessitas, superiorem partem altera concludi ac definiri necesse mihi visum est: non quod crederem operaे pretium me esse facturum, sed ut in absolutae certe commentationis conscientia possem equidem conquiescere. Nam illud ad quod iam aggressurus sum, promendae latinitatis Sidonianaे studium vix queam dicere an vehementius reformidem quam Domitius ille celeberrimus quondam Romae grammaticus, quem Gellius N. A. XVIII 17 conquerentem atque obiurgantem facit, quod etiam philosophi glosaria colligerent et lexicia, res taetras et inanes et frivolas. Praeterea exspectatio diu me dubium tenuit, quum comperisseм esse quandam qui recensendo atque edendo inter bibliothecam Teubnerianam textui operam daret; qua editione nova quandocumque divulgabitur iste mei laboris fructus, si quem me percepturum esse mente concipere audeo, nequam partus erit moxque ad nihilum redigetur. Tantae enim sunt verborum corruptelae, relicta post Sirmondum a. 1652 librorum recognitione, ut nec dictionis proprietatem emendatis ante verbis possis constituere nec emendare verba constituta ante latinitate eius. Et quoniam is fere scribentibus mos est, ut veniam ante praefentur, mihi quoque vel monenda vel excusanda quaedam videntur: primum quod in hac urbe nulla librorum ope adiutus sum ac ne thesauri quidem latinitatis editi a Forcellino copia dabatur; loci igitur allati sunt ex auctoritate lexici Klotziani; tum quod, quum ego per aestivam ruri versationem otiabundus haec conscriberem, per id ipsum tempus casu interceptus est liber Sidoni, ita ut compulsus ad ea quae diligenter excerpteram ac magna parte sine proposito textu confecta multis post variisque additamentis opus esset.

Sed priusquam ad vocabula colligenda et ad scriptoris lexicon ut ita dicam componendum accedam, ante quaedam de universa elocutionis specie quasi in vestibulo totius proponere non incommodum visum est, ut iustis quasi oculis nova ista Gallicana latinitas adspiciatur. Evidem cum inde ab adolescentiae studiis grammaticis paullulum operaे scriptoribus extremi aevi impenderem ac multis quondam et gravibus verbis in decrescentium ac marcescentium literarum linguaeque labem invictus essem, iam me non poenitet profiteri multum me iudicio evectum esse iuvenili quodam ardore. Nam ista quidem in Sidonio quoque ad taedium usque molesta est futile et inanis loquacitas, qua nullo rerum pondere innixus idemque communem loquendi morem reformidans, omnia copiose circumlit, specie nitoris cuiusdam ductus. At idem etiam in ceteris posterioribus cernitur verborum enormium atque consonantium fastidiosa cumulatio vel concinna series quantaque similitudo in cetera varietate summa intercedat inter Sidonium et Afros, quibus ut regionem sic animum esse ardentiores ipse auctor est cf. ep. VIII. 11. ed. Sirmond. pg. 237.,

interque illud Africae exuberantiae dixerim nimietatis exemplum Apuleium vel his locis inter se commissis significatur App. Met. I 12: ardua montium et lubrica vallium et roscida cespitum et glebosa camporum, deinde Sidon. ep. III 2: aut aggeres saxis asperos aut fluvios gelu lubricos aut colles ascensu salebrosos, vel App. Met. I 39: fortunarum lubricas ambages et instabiles incursiones et reciprocas vicissitudines, Sidon. ep. I 5: fluvios poetarum carminibus illustres aut urbes moenium situ inclytas aut montes nominum opinione vulgatos aut campos proeliorum replicatione monstrabiles.“ Ceterum ex eiusmodi comparatione longius producta nescio an Afro palmam concesserit Gallicana facundia: multo enim magis illa oratio est vivida, nervosa, uber ac prope luxurians. Ex ista vero verborum turba scite ac modulate coagmentata suaque ipsius mole vasta quanta oboriatur nonnunquam obscuritas in priore parte Programm. 1870. pg. 8. attigi: ubi et locum apposui inexplicabili prope difficultate insignem (ep. I 5 de Padi stagnis Ravennatibus) et ad translatorum errores et vitia reieci, quae collegit Fertig: Sidonius Appollinaris und seine Zeit. 3 Progr. Würzburg 1845 sq. particula II pg. 14. 16. 22. Sed illud identidem monendum esse arbitror ipsam illam quae difficilis discutitur obscuritatem maxima ex parte esse in contextu et continuatione sermonis onerati nimis copiosa verborum supellecstile, non in verbis ipsis aut in barbarismis aut in vitiosa nominum declinatione. Itaque in iis maxime rebus elocutionis depravatio cernitur, quibus Quintilianus corruptam orationem definit: in verbis impropriis et redundantibus, quae magis remota et quasi inopinata sunt, in comprehensione obscura, compositione tumida, vocum similium aut ambiguarum puerili captatione (Quinct. inst. orat. VIII 3. 57.) At praeter hanc malam affectationem sive *ταχόζηλον* (ibid. 56.) qua virtus illa principalis ac propria sermonis latini, perspicuitas dilucida et brevitas distincte concisa prorsus antiquabatur (cf. exempla foeditate insignia in particula I pg. 8.), multa esse in Sidonio arbitror digna, quae summis laudibus iterum ac saepius efferantur. Nam si diligenter consideraris, quantum distet temporis spatium a primo flore sermonis pure latini, quae exinde fuerit rerum Romanarum haud lenta mutatio mox praeceps ruina, si oculis mentique subieceris qui rerum status in Galliis fuerit postquam provincia illa ab sede atque arce non imperi tantum sed etiam purae linguae alienata atque tot barbararum gentium incursionibus proiecta est: tum illud profecto ei summae laudi vertes, quod cum pia quadam caritate colebat cumque operosa doctrina servare studebat nativum candorem illius latinitatis, quem vix patrum eius sermonem appellaveris. Satis erit in memoriam revocare, quae supra in particula I pg. 4. 5. de grammaticis studiis Gallorum in media Celticarum et Germanarum gentium colluvione retulimus deque testimoniis aequalium, quibus Sidoni curiosa diligentia honestatur. Atque illud laudis praeconium, quo Arbogastem Francum decorat, quod in eius pectore vanescientium literarum vestigia remansissent quodque ipse barbarorum familiaris tamen nescius barbarismorum esset ep. IV 7, ipse sibi proposuit petivitque atque id multis locis professus est cf. epp. IV 3. V 10. III 8. 14. VIII 2. 6. Neque hic solus etsi fortasse praecipua opera: tunc enim illae braccatae et transalpinae nationes, quarum quondam sermo derisui fuerat homini urbano, postquam in urbem infusa est peregrinitas et literarum incuria, apud limites ipsos barbariae quamvis iura latina cecidissent verba titubare non sinebant cf. ep. IV 17. Itaque quantumvis in studio servandae proprietatis latinæ iudicio sit lapsus aut quantumvis distet a veterum elegantia, tamen eius impensae curae videndum est ne obliviscamur tum, quum nobis repudianda est eorum reprehensio, qui rusticam asperitatem aut peregrinam insolentiam in eo notant. Praeterea laus illa locutionis emendatae et latinæ penes quos antea fuerat, non tam fuit rationis aut scientiae quam bonae consuetudinis: posteri vero suae aetatis consuetudinem, quem eundem esse sermonem usualem arbitror ep. IV 10, non tam sectabantur quam vitabant. Itaque quum non in promptu haberent, unde dictionem puram propriamque promerent, secuti sunt quidem illud oratoris praeceptum Cic. de. or. III §. 39 expolientes orationem literarum scientia atque legendis oratoribus poetisque, velut multa sunt in Sidoni epistolis Plinianae lectionis, in carminibus Vergilianae imita-

tionis vestigia ab editoribus partim notata cf. epp. I 1. IV 22. IX 1. illaque etiam inter aequalis cuiusdam laudes refertur prima ep. VIII 11. ed. Sirmond. pg. 236: legebat enim incessanter autores cum reverentia antiquos: at iidem in scriptis veteribus studiose ac multum volutati, parca ac lectissima vocabulorum supellectile parum contenti nova fingebant non temere et inconsulte sed de industria et per analogiam. Quod si quis modestius suaviusque faciebat, quis reprehendere ausus sit? Aut quando tandem, ut Quintilianus verbis paullulum mutatis utar, derivare et derivando novare, quando desiit licere? Ipsum scriptorem nostrum non temere aut libidinose evagatum esse ordinem modumque, sed bene sensisse, quantum a consuetudine legitima recesserit aut quatenus nova verba quasi civitate donare ei licuerit, vel gravissimo indicio est, quod in praefatione carminis XIV ipse ad Polemum suum scribit. Ibi quum philosophicum lemma induceret, ita excusat non tam licentiam quam necessitatem novandi verba ad significandas res et notiones materiae inusitatae. „Per asperrimas philosophiae et salebrosissimas regulas stilum traxi. Quorum talis ordo est, ut sine plurimis novis verbis, quae praefata pace plurimorum eloquentum specialiter tibi et complatonicis tuis nota sunt, nugae ipsae non valuerint expediti.“ Quam tenax vero et exemplorum veterum et regularum derivationis fuerit, ex iis elucet, quae ibidem paullo infra disputat. „Lecturus es hic etiam novum verbum id est essentiam: sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. Nam essentiam nec non et indoloriam nominavit addens: Licet enim novis verbis nova nomina imponere; et recte dixit. Nam sicut ab eo quod est verbi gratia sapere et intelligere, sapientiam et intelligentiam nominamus, regulariter et ab eo quod est esse, essentiam non tacemus.“

Atque haec in principiis commentationis paucis repetebam legentiumque animos subire velim, ne quis inmitior exsistimator huius extremae latinitatis existat neve scriptori meo id imputet, quod de toto aevo forte quis iudicatum videt (Bernhardy Röm. Literaturgesch. pg. 336 Alles floss im chaotischen Jargon einer lingua vulgaris zusammen). Sunt profecto quaedam etiam in Sidoni libris, quae prorsus alienata sunt ab optimorum consuetudine: quae quum occurrunt, miram in modum afficimur vel offendimur novo atque insolito odore mutatae cum temporibus linguae.

Primum compellationis tituli, quos in unoquoque solenniter observare tunc consueverunt quosque cotidiano usu in certa quadam vi et notione vocabuli defixerunt a Cicerone aliquantum deflexa, peregrinam atque inauditam ante insolentiam praebent. Peculiaris Sidonio loquendi formula, ei soli usitata idque frequentissime cf. epp. I 1. 3. 11. II 6. III 17. etc. quam Savaro in annotatione ad ep. I 1. nescio qua de caussa idioma Arvernorum redolere dicit, illud est: domine maior. Pervulgatissima haec vox in appellando esse videtur, quae quandam dictu et auditu foeda fuerat homini Romano, mox assuetior inde ex eo tempore, quo Domitianus ita se appellari iusserat. Itaque illud iam prorsus legitimum est I 11. domine imperator et vix dignae memoratu videntur ceterorum hominum similes compellationes ep. II 11. domine illustris. ep. VII 17. domine frater. IX 1 domine fili, denique, qua formula sexti libri epistolas primas I—XII et ex septimo plerasque concludit: Memor nostri esse dignare, domine papa. — Deinde ad titulorum celebritatem per venerunt illa II 4 vir clarissimus, vir spectabilis. VI 5: venerabilis Donidius dignus inter spectatissimos quosque numerari; ep. ad carm. XIV: quaestorio viro Domnulo, spectabili viro Leone. Inde quod dignitatum gradus officiosius observati sunt, iure Sirmondus animadvertisit Catullinum quendam tunc illustrem tunc clarissimum virum appellatum est cf. ep. I 11 et notam ad praefationem carminis XII. Jam Caesareae maiestatis verecundiam degustaveris ex ep. I 11: compellatio Augstea praeterit Paeonium . . . sermo Caesaris devolvitur ad Consularem . . . cum communioni se dedisset ioci plenus.“ De usu pluralis numeri in appellando (ep. II 7 iustitia vestra, III 1 vestra praesentia, III 7 ego garrio, vos tacetis, III 6 vos . . . vestra domus etc.) plura non proferam, quoniam superioris aetatis scriptoribus iam haud infrequens est. Ceterum hae omnes compellantis propriae voces epistolis rariores interspersae sunt, ipse enim ep. III 9 profitetur non

id se studuisse ut stilus suus officiosus esset in titulis, quamquam alio loco ep. VII 12 ad Ferreolum scribit: tibi . . . primae titulorum rubricae, prima sermonum officia dedicarentur, et Eutropio cuidam praeter alia gratulatur ep. III 6 quod statum eius ante tantum nobilitate patrum decoratum fortuna etiam titulorum parilitate fastigaret. At illa in compellando satis crebra sunt substantiva abstracta, quibus simul personae eius qui scribit diminuatur auctoritas, simul eius ad quem scribitur augeatur maiestas. Eius observantiae molestum onus quod nos fere nisi in principibus non retinuimus, ubivis Sidonium subisse videmus. Inde illa ep. VII 9: sententiam parvitatis meae, ibid. humilitatem nostram. ep. VI 3. VII 9 mediocritatem meam manet longe diversa conditio. (cf. nostra mediocritas apud Vell. II 111. 3.) VI 6: vestra beatitudo. III 6 statum celsitudinis tuae ep. IV 8. carm. ad Ragnahilden: Poscimus, inclina paulisper culmen herile. ep. III 4: Gozolas cliens culminis tui (cf. I 11 extr. potestatum dignitatumque culmina.) Insolentius denique coniunctum est ep. III 6: Si veteris commilitii . . . fides vestra reminiscitur, profecto intellegitis etc.

Altera deinde dicendi proprietate, quae fluxit ex Christianismi decretis et caerimoniis, non caret quidem Sidoniana oratio, sed non adeo perfusa est quam ecclesiasticorum libri. Nam praeter nonnullas epistolas, quae datae sunt ad episcopos de rebus ad ecclesiae placita ritumve pertinentibus, rariora tantum vocabula ex fidei proprietate defluxerunt. Nam praeter illa ep. II 12: praevio Christo, III 5 praesule Deo, III 7 praevio Deo etc. praecipue notandae erunt mutatae nominum notiones velat ep. V 7. 17. processionis, ibid. vigilarum, IV 6 antistitis, VII 9 orationis, V 3 praedicandi, VII 8 ordinandi, VI 2 saecularis, IX 8 nationum. Jam qui clericorum dictionis exempla percipere volet, legit prae ceteris epp. VII 6. 13. 14. et VI 2. 6. 12, in primis vero ep. VI 1, qui cum tota seateat orationis sanctae vocabulis, tum illa maxime insignia elegi ex principio: „Benedictus spiritus sanctus pater dei omnipotentis, quod tu pater patrum et episcopus episcoporum et alter saeculi tui Iacobus de quadam specula caritatis nec de inferiore Ierusalem tota ecclesia Dei nostri membra superinspicis.“

Si qui forte erunt, qui vulgaris linguae sive plebei sermonis vestigia in Sidoni epistolis anquirant, quoniam hereditate quasi ab auctoritatibus literariis traditum est talia in extremi aevi scriptoribus scrutari: nihil equidem quamvis intentus essem ad ea indaganda reperire potui quae memoratu digna essent. Nam primum Celtici sermonis, cuius vestigia enixe circumspectiusque rimabar quum memoria retinuisse illud Bernhardy I. c. pg. 336: Die erheblichsten Beiträge an neuen Wörtern und ungrammatischen Formen mochte Gallien liefern aus dem Keltischen, duas voces inveni ep. IV 18 serracum, de quo cf. Quint. inst. orat. VIII 3. 21. et ep. VI 4 vargus; „forte Vargorum, hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant, superventus abstraxerat: quam vocem Sirmondus annotatiuncula ad I. c. interpretatur ex lege Ripuaria XXCVII et Salica LVII significasse homines patria extores, ibidem nescio quo pacto Bagaudarum vocabulum comparans. — His adde Plautinum potius quam plebeium ep. VII 2 emungere pro decipere et ep. I 1: defaecandas ut aiunt epistolas, quod ipsum quoque Plauto frequens est et carm. V 418 sinciput, quod plerumque est apri caput fumo siccatum de homine: „dissecat ancipi miserabile sinciput ense“ et quod creberrimum est: velis nolis cf. ep. IX 11 Denique paucae locutiones occurruunt, quae in proverbiorum consuetudinem abierunt ep. IV 13: post tergum duodecim lustra transmittit. cf. Juven. sat. 13; ep. VII 5: in nundinam mitti; VII 3: fluminibus aquas, silvis ligna transmittere: de quo adagio vetere (Horat.) cf. Savaronis notam ad I. c.

Sequitur ut vocabulorum copiam, quod est dictionis quasi fundamentum, colligamus ac percensendo legentis animo subiciamus ita, ut tanquam uno conspectu Sidoni latinitatem possit comprehendere. Hoc quum molirer non dubium mihi quidem visum est quomodo tractarem. Nam quamquam probe sciebam esse qui nulla re cognitioni linguae senescentis serviri posse arbitrarentur nisi compositis scriptorum singulorum lexicis, quibus tota vocum supellex ordinata per

literas contineretur, ego tamen doctissimi viri auctoritate nixus praeterquam quod eius operis in publicum edendi ne facultas quidem commoda offerebatur, aliter rem aggredi institui. Primum ne nimio collectici operis ambitu Sidoni peculiaris consuetudo absconderetur aut reprimeretur. his terminis enumerationem vocabulorum circumscripti, ut omitterem omnia quae optimae quae deinde argenteae quam dicunt aetatis propria sunt vel scriptorum vel poetarum; ut colligerem, quae aut ab optimis scriptoribus propter insolentiam notantur aut apud priscos poetas usitata sunt, denique quae postremi tantum aevi usu frequentantur. Neque tamen ille ordo, quem video a nonnullis in speciminum simili genere delectum esse, mihi probabatur ut separatim colligerem quae ex antiquorum oratione manassent, inter haec quae Plautina essent, deinde quae eiusdem aetatis propria essent, seorsum ea quae ecclesiasticorum consuetudinem redolerent, denique quae Sidonius aut solus aut certe primus usurpavisset. Talem enim distributionem licet facile instituas, tamen difficilis persequaris, quoniam alterum cum altero confunditur. Praeterea si nescio quod vocabulum vel bibitor vel plectripotens vel dulcisonus inter ea referas, quae derivando sive iungendo novaverit Sidonius, nonne quis probabiliter coniectaverit in versibus Laberi aut Cn. Mati aut L. Acci aut Pacuvi aut nescio cuius veterum talia potuisse inveniri, si ad nos innotuissent? Insuper etiam ista vocabulorum distributione nimis minuta impeditur, quo minus in uno eoque facili conspectu ponatur eorum qualitas et copia. Denique originationis ratio habetur nulla, id quod mihi quidem non praetermittendum visum est. His de caassis ego quo facilius utramque rem consequerer, probatam iam alias partitionem secutus deinceps nomina substantiva adiectiva adverbia verba perlustrabo, deinde addam pauca de vocibus Graecis deque deminutivis. Ea, quae propter notionis deflexae aut mutatae proprietatem insignia sunt, suis quaeque partibus subiungam. Jam hac parte absoluta quae de scriptoris syntaxi memoratu digna sunt, quamquam sunt sane exigua, paucis absolvuntur. Nominum notas, quarum compendio auctores significantur, retinui easdem, quibus lexicographi utuntur; si qua vox Sidonio soli usitata est eademque frequentior, quam ut omnes locos colligere convenerit, adscripsi Sidon.; quae semel leguntur, iis notam apposui ἄπτ.

Ac primum substantiva, quae a verbis derivatione facili ducuntur in -tor -trix -tio composui haec: ep. I 8 bibitor ἄπτ. ep. VIII 6 clusor ἄπτ. ep. IV 1. commentator App. Tert. ep. IV 18. VII 1. confessor. Eccl. ep. III 13. 14. VIII 1. derogator Sidon. ep. III 13 duplicator ἄπτ. ep. IX 7 effractor Dig. carm. II 128 famulatrix Donat. (—or non exstat.) ep. I 9 frequentator App. Tert. ep. VIII 11 extr. inceptor Amm. Paulin. Nol. ep. IX 4 mediator App. Lactant. Prudent. ep. I 11 extr. murmurator Augustin. ep. IV 16. carm. extr. negator Tert. ep. I 3. IV 22 oblatrator Sidon. ep. VI 1. VII 4 etc. peccator Eccl. ep. VIII 6 perpetrator Augustin. ep. IV 18 praedecessor. Symm. Cassiod. ep. VII 2 praestigiator Plaut. App. Arnob. ep. IV 8 prosecutor Cassiod. ep. III 13 publicator ἄπτ. ep. IV 24 extr. satisdator. Ascon. ep. VIII 2 suscitator Tert. — Ex his clusor a claudendo tractum esse congruenter concedimus, quoniam cludere pro claudere haud insolens est. Jam exsultanti quadam novandi licentia fictum est bibitor prorsus simili loco, ubi (ep. IV 17 potor Mosellae Tiberim ruetas) Horatianum illud potius habuit. Legitima declinatione, non significatione publicator occulti scriptum est ep. III 13, Ciceroniana enim vox publicatio nihil est fere nisi redactio in publicum. Denique a principali notione derogandi et derogationis immutatum est derogator quod fere idem est ep. VIII 1. atque vituperator. — Substantiva in — tio exeuntia: ep. IX 8 extr. benedictio App. Tert. ep. VIII 13 circumcisio Eccl. ep. IX 13 confabulatio Eccl. ep. VIII 11. constellatio Firmic. Augustin. Amm. ep. VI 10. depraedatio Lactant. Augustin. Cod. carm. IX 335 exaratio Marc. Cap. ep. VII 15 imputatio Dig. ep. IX 2 iniunctio ἄπτ. ep. III 13 ructatio Ennod. Cael. Aur. ep. IV 2 revisio Claud. Mam. ep. IV 11. retributio Eccl. ep. VIII 14 sanctificatio Tert. ep. I 2 succisio ἄπτ. Illud ep. IV 2 potestas revi-

sionis non ea notione intelligendum est, quae nobis familiaris est, sed idem est ac revisendi potestas. Quae his similiter in —us derivantur, congesi haec: ep. VI 4. 7. apostolatus Tert. ep. IX 11 blateratus Marc. Cap. carm. XXIII 366 concitatus ἄπ. ep. IX 11 confabulatus ἄπ. ep. VII 9 carm. clericatus Eccl. VIII 3 esus Cato. Gell. ep. IX 16 carm. hirritus ἄπ. ep. I 11. IX 9. 11. indultus Sidon. ep. V. 19 inquilinatus Tert. ep. V 6 machinatus App. ep. VII 13 municipatus Tert. Inscr. ep. IV 2 occupatus Claud. Mam. ep. IV 4 provectus Amm. Pallad. Aur. Viet. ep. IX 11 reseratus ἄπ. ep. VII 9 carm. viratus ἄπ. ep. VIII 1 vulgatus ἄπ. Quoniam vis harum vocum proxime ad naturam verbi accedit, plerarumque unius tantum casus forma, cum dativi tum ablativi invenitur, velut ep. VIII 3 esui et deinde blateratu confabulatu concitatū machinatū reseratū viratū, denique quod tribus locis legitur indultu. Rariorem exitum — us ob id ipsum, ut magis arcessita et inopinata essent vocabula, antehabitum esse a Sidonio facile animadverteris si nova atque insolentia occupatus machinatus comparaveris cum occupatio machinatio, quorum prorsus eadem est significatio. Jam ecclesiasticorum propriam vocem confabulationis quam ipse quoque ep. IX 13 non respuit, confabulatus facilis inclinatus variavit ep. IX 11. Denique propter variam notionem istius originationis secernenda sunt duo genera: illa enim apostolatus clericatus inquilinatus municipatus licet grammatici a verbis deducta esse censeant sive exstant sive evanuerint, (quamquam ex nostris unum inquinandi verbum Philoxeni glosis proditum est), tamen a verbalium natura certe recesserunt neque aliud quidquam designant nisi apostolorum munus aut clericorum ordinem aut inquinorum municipumve iura. Viratus ep. VII 9 carm. cum haud improbabili propagatione sensus non de toto virorum genere sed de animo vere virili dictum est. Reatus, quod vocabulum auctore Quintilianu Inst. orat. VIII 3. 34. a Messalla primum in latinitatem adscitum est quum propria tum inflexa notione dictum est non sine exemplo cf. App. met. IX 650. Tertullian. ed. Oehler cf. reatus. Famulatus, quo Cicero statum conditionemque famuli significat, parum proprie aut congruenter cum huius exitus solita vi dictum est pro universa familia cf. ep. VI 2, ut item apud Appuleium met. II 85 famulatio. Illud etiam ep. VI 4: feminam de affectibus suis i. e. de affinibus, qui cum affectu coluntur, non caret exemplis, velut ex App. d. Dogm. Plat. II 22: carissimis orbatus affectibus.

Substantiva in — tas finientia propter insolentiam notanda sunt haec: ep. IV 3. VII 1 animositas Amm. Macrob. Augustin. ep. VII 9 cervicositas ἄπ. ep. II 1. 1V 11. 12. VIII 5 contrarietas Macrob. ep. VII 9 impossibilitas App. Tert. ep. IV 11 insolubilitas ἄπ. ep. IV 25 longaevitatis Macrob. ep. I 9. VII 2 numerositas Tert. carm. XXIII 479 officiositas ἄπ. ep. II 10 otiositas ἄπ. ep. III 1. etc. parilitas App. Gell. ep. I 9 populositas Arnob. Fulgent. ep. IV 14 possibilis Amm. Arnob. Symm. ep. VIII 4 principalitas Tert. Macrob. ep. VII 2 prolixitas Dig. App. Arnob. ep. IV 11. IX 9 sequacitas Sidon. ep. I 9. IX 13 carm. serietas Auson. ep. IV 3 sospitas Macrob. Symm. ep. II 2 spatiostas ἄπ. ep. IX 6 sumptuositas ἄπ. ep. V 13 venalitas Cod. In vocabulis huius generis quamquam nullum invenies durius aut imperfectius confictum, tamen licet videre quantum a propria et principali terminationis vi ac natura deflexerit aetas decrescens. Nam qui optimam scribendi normam sequabantur, haud oblii sunt legitimam vocabulorum originationem ab appositis ductorum, quibus non res ipsa sed qualitas rei circumscriberetur. At Sidonius nativae ac simplicis linguae gratiam depravans pro spatio spatiositatem et pro numero numerositatem et otiositates pro fructibus oti maluit, ductus sive ipsa vocum ponderosa granditate sive difficilis obscuritatis captatione. Inter exempla, quae in priore speciminis parte pg. 9 de tali abstractorum pravo abusu congesimus, substantiva in —tas exeuntia, qnibus actus et animi quasi impertiti sunt, haec desumamus orsi a vulgarioribus: ep. I 9 ambientum necessitates forinsecus expedire, i. e. candidatos necessitudine aliqua iunctos. ep. II 2 tribue veniendi celeritatem i. e. veni celeriter. ep. VI 3 excudere responsi celeritatem i. e. describere celeriter. ep. VII 1 assiduitatem incendii

restinguere. ep. IX 12 si me occupat levitas versum, quem respicere cooperat gravitas actionum. ep. IV 13 dumorum vallat asperitas. ep. III 5 praedii . . desolata medietas. ep. II 2 exactissima spatiositate quadratur. Illud quod de hominibus ipsis dictum est ep. I 11 extr. (Sirmont pg. 31.): tot potestatum dignitatumque culmina, non multum discrepat ab usu purissimae latinitatis cf. Liv. lib. XXII cp. 40: turba conspectior cum dignitates deessent. Aptissime vero exemplorum immensa series concluditur vocabulo soliditatis, quod cum apud Ciceronem solidam alicuius rei naturam definiat, apud posteriores sit firmitas, dein crassitudo, apud Vitruvium VII 3. 7. soliditates fundatae, quasi moles fundatae, abiit in simplicem universi, totius significationem, qualis est in iurisconsultorum consuetudine cf. ep. VIII 5: ut ad soliditatem istius ruris perveniat. ep. V 9 Galliarum praefuit soliditati. Ex ceteris substantivorum generibus, quae variis terminis finiuntur, haec memoratu dignissima videntur in -mentum -ium -orium: ep. VII 9 decoramentum Tert. Arnob. ep. I 2 excrementum (e. costarum, a verbo excrescendi singulari inclinatu fictum) ep. VII 9 lenocinamentum ἄπτ. ep. I 9. II 2 modulamen Gell. Macrob. ep. IV 2. VII 6. 8 praepedimentum, semel apud Plaut. Poen. III 2. 29. carm. IX 35. XXII 154 sinuamen Prudent. Juvenc. ep. VII 1. terriculamentum App. — ep. VI 12 alimonia Plaut. Gell. App. ep. I 2 collodium Solin. Symm. Cod. ep. VII 9 obloquium ἄπτ. ep. VI 8 et saepius: opificium Varro R. R. App. Lactant. ep. IV 3 extr. proloquium (=praefatio.) Paul. Diac. ep. VI 2 viduvium Inscr. — ep. II 2 deambulacrum Mamert. ep. IV 25 habitaculum Gell. Amm. Pallad. — ep. VIII 11 commonitorium Amm. Symm. Cod. ep. V 17 receptorium ἄπτ. (-us, a, um Tert.) ep. I 7 tractatorium ἄπτ. ep. II 2 natatoria ἄπτ. (-us, a, um Isid.): ex quibus tria extrema locum designant, quo quis recipi solet aut ubi concilium habetur aut natatur. His adde quod ab adiectivo manavit notione insolita ep. ad carm. XIV indoloria ἄπτ. i. e. vacatio doloribus, et varia ep. VI 2 incentivum Amm. ep. I. 5 fossatum Veget. Pallad. ep. VIII 10 decipula App. Marc. Cap. Deinde substantiva masculini generis quibus personae significantur, quae partim adiectivorum naturam non exuerunt, ea comparavi, quae aut compositionis aut terminationis aliqua similitudine inter se iunguntur. ep. I 11 numerarius Amm. Cod. ep. II 8 sandapilarius ἄπτ. ep. VI 1 traharius ἄπτ. ep. V 7 veredarius Paul. Nol. Firmic: quibus omnibus certum quoddam mutus aut ars designatur quam quis profitetur. Ep. I 1. VII 9 carm. consecaneus Arnob. Tert. ep. VIII 13 contribulis Inscr. ep. VII 17 carm. comperegrinus ἄπτ. ep. VII 7 comprovincialis ἄπτ. ep. IV 11 complatonicus ἄπτ. ep. VIII 14 concellita ἄπτ. IX 3 cellularius ἄπτ. ep. IV 25 coepiscopus Eccles. Plautino deinde vocabulo nūgigeruli ep. VII 7 haec adiungamus promiscue, quae cum veterum comicorum facilitate ac licentia novata sunt coniungendo vel flectendo: carm. I 15 cicuticen ἄπτ. ep. V 17 psalmicen ἄπτ. ep. VI 2 signifex App. Arnob. ep. IV 22. VIII 1. vitupero Gell. ep. II 7 susurro Hieron. Ad instar vocis subsequae (ep. I 6.) haud insuavi figura composita sunt ep. IV 1 equimulga III 12 lapticida (lapidicida Varro L. L.) carm. XII 2 fescenninicola ἄπτ. carm. X 1. flucticola ἄπτ. ep. IV 1. VII 17 paludicola Sidon. carm. XXIII 80 publicola, celeberrimum quidem gentis Romanae cognomen at cotidiano usu non celebratum, praeter hunc locum non invenitur. — Ep. IV 1. Caucasigena ἄπτ. VI 12 Dodonigena ἄπτ. carm. XIII 9 flammigena ἄπτ. carm. IX 132 Saturnigena Auson. Ad haec verba fingenda quantum incitamentum habuerit syllabarum similiter cadentium parique mensura ac sonitu sibi respondentium captatio, unde aequabiliter et modulate fluens oratio proveniret, maxime colligi potest ex ep. IV 1: quae si quis deportaret philosophatus aut ad paludicolas Sicambros aut ad Caucasigenas Alanos aut ad equimulgas Gelonos. — Ex paucis disiectisque vocabulis, quae aliter finiuntur, confer ep. VIII 11. egeries Solin. Paul. Nol. ep. I 10. VI 6 esuries Hieron. Cael. ap. Cic. fam. VI 12. VIII 1 indages. Claud. Mam. — ep. VIII 4 concinentia (e. architectonica) Macrob. Claud. Mam. III 13 faeculentia Fulgent. VIII 14 suaveolentia Augustin.

VI 12 sufficientia Tert. VIII 14 virulentia ἀπ. — ep. V 17 mulcedo Gell. I 7. VI 9 poenitudo Pacuv. ap. Non. VIII 11. tristitudo App. Quae singula ac solitaria occurrabant velut carm. XI 87 lucta Auson. Augustin. aut rerum rarae appellationes ut blatta pro purpura et salar ep. II 2 ea inani studio colligere arbitrabar me posse supersedere.

Inter adiectiva primo loco referamus ea participia, quae appositorum naturam induerunt, sive quod verbum a quo originem ducunt iam evanuit, sive quod comparativi et superlativi gradus occurunt. Ex quibus maxime in se convertunt non ea quae coniungendo novata sunt velut semipullatus et perexplicatus, sed quae a vocabulis peregrinis vel graecis tracta sunt ut tiaratus et endromidatus; cuius generis est apud Sidonium magnus numerus. Carm. IX 296 aureatus ἀπ. (i. e. aureo ornatu insignitus, non auratus) ep. V 7 castorinatus ἀπ. carm. XXII 81 crinisatus ἀπ. ep. VIII 8 eboratus ἀπ. VIII 11 eluminatus ἀπ. II 2 endromidatus ἀπ. IX 7 erotundatus ἀπ. IV 16 exemplatus ἀπ. II 2. III 5 foraminatus Sidon. IV 10. IX 15 infrequentatus Sidon. IV 12 inexoratus Arnob. V 13 inoppidatus Gloss. Philox. IX 16 carm. extr. iniugatus ἀπ. carm. VII 83 inexcocetus ἀπ. carm. XVI 123 infastiditus Cassiod. ep. I 11 ignitus Gell. App. ep. IX 3 irrequisitus ἀπ. ep. VIII 3 myrrhatus Fest. ibid. malobathratus ἀπ. carm. XXIII 385 perexplicatus ἀπ. ep. VIII 8 purpurissatus Plaut. App. ep. I 7 semipullatus ἀπ. VI 10 semiconfектus ἀπ. II 10 sapphiratus ἀπ. I 2 thecatus ἀπ. II 2 tintinnabulatus ἀπ. VIII 3 tiaratus ἀπ. IV 2. IX 9 uncatus Cael. Aur. IV 10 viaticatus Plaut. Quam facilis fuerit scriptori huiusmodi vocum figuratio, indicio sit illud ep. VIII 3: inter satrapas regum tiaratorum myrrhatos malobathratos. Illa etiam comparare iuvat a vocabulo rotae derivata, quae Sidonius solus frequentavit ep. IX 7 erotundata structura verborum. II 9 rotatiles gyri. VI 1 arrotanti tactu pulsus. Ex significatione nativa, qua sapphiratus designat aliquem lapidibus sapphirinis ornatum, viaticatus instructum viatico, reapse sequitur, ut castorinatus sit qui vestibus castoriniis indutus incedat et arcus thecatus, qui theca condi soleat et liber exemplatus, qui exemplo transcriptus sit: aegrius feruntur iniugatus taurus i. e. qui nondum iugo iunctus sit et inoppidatus cf. ep. V 13: Gabalitanis ex proximo infertur quos singulos sparsos inoppidatos . . . exhaustit, i. e. oppido privatos, electos; glosographi isto vocabulo Graecum *ἀοιχτρός* interpretantur. — In participi praesentis formam exeunt ep. VI 1 arrotans ἀπ. VIII 3 crepusculascens (c. hora) ἀπ. II 10 et saepius: meminens Liv. Andron. — Auson. V 13 praegubernans ἀπ. I 7 semifumans ἀπ. VII 6 semipatens ἀπ. VIII 11 superaestuans ἀπ. His adiunguntur aptissime adiectiva in — bundus a verbis deflexa quae partim verborum naturam retinent ita, ut sui verbi casum adsciscant: ep. VIII 11 carminabundus ἀπ. IX 7 gloriabundus Gell. III 13 iactitabundus ἀπ. (iactabundus Gell.) VIII 14 ludificabundus ἀπ. I 6. IV 23 latitabundus Sidon. V 14 oscitabundus Gell. IV 18. VIII 9 otiabundus Sidon. — Ex iis vero, quae propter novitatem memoranda sunt, longe frequentissima sunt adiectiva quae in — alis exeunt: is enim finis cum ceteris senescentis aevi scriptoribus communis tum Sidonio dilectus et gratissimus est. Quam expedita ei fuerit appositorum in hunc exitum inclinatio, vel hoc uno loco efficitur ep. I 3 extr.: licet stimulis inimicalibus excitentur, scannis tamen amicalibus deputantur; nam amicalis quidem et Appuleio usitatum est et iureconsultis, inimicalis vero hoc loco et primum et semel legitur. Enumeranda sunt igitur haec: ep. I 3 amicalis App. Dig. Cod. III 12 bustualis Prudent. ep. IV 1. VII 14 bestialis Prudent. VIII 4 bibliothecalis Marc. Cap. III 3 camenalis Symm. IV 1 carnalis Eccl. VIII 6 censualis Cod. Dig. I 5 cloacalis Cato ap. Paul. Diac. IV 4 clericalis Eccl. VII 7 comprovincialis ἀπ. IX 3 extr. concubinalis ἀπ. VII 9. VIII 11 controversialis Sidon. I 7. VII 9 carm. decretalis Dig. carm. II 482 divalis Spartan. Cod. IV 11. VII 6, 9 episcopalis Prudent. Augustin. ep. VII 9 carm. ergasularis Amm. ep. VIII 6 extr. excubialis ἀπ. VIII 14 finalis Macrob. Augustin. Dig. ep. VII 9 carm. XXIII 212 grammaticalis Sidon. ep. IX 3 hebdomadalis ἀπ. VI 12 historialis ἀπ.

I 3 inimicalis ἄπ. VII 14 intellectualis App. IX 11 libellaris ἄπ. VII 9 carm. monasterialis ἄπ. IX 4 mundialis Tert. Hieron. VII 16 nocturnalis Alcim. ep. V 19 originalis App. Tert. Macrob. Cod. I 11 rostralis ἄπ. VIII 8 ruralis Amm. Macrob. VI 2. VIII 9 socrualis Sidon. VII 9 carm. stipendialis ἄπ. carm. II 2 trabealis Ennod. ep. IV 10 usualis Dig. In extremo vocabulo non praetereunda est notionis aliqua mutatio; nam cum in Digestis sit facile commodumve ad usum velut mancipium, Sidonius sermonem usualem eum dicit, qui impolitus atque cotidianus et in ore, sive in usu, omnium hominum esset, diversus ab oratoria dictione limata atque perfecta. Apposita quae finiuntur in -tilis et -bilis: ep. II 2 arcuatis ἄπ. (a. caminus. arcuatus Liv.) V 5 indolatilis ἄπ. (— atus Arnob.) VIII 9 multiforatilis App. II 9 rotatilis Prudent. VIII 12 reptilis ἄπ. (r. cochlea.) carm. V 406 vertilis (v. tergum.) — ep. V 10 Aequiparabilis Plaut. Prudent. I 5 calcabilis ἄπ. VIII 4. conspicabilis Prudent. IV 6 culpabilis App. Tert. Arnob. IV 23. VI 1 damnabilis Salvian. Augustin. I 5 defaecabilis ἄπ. II 10. III 9. IV 7 despicibilis Amm. II 2 extr. inadibilis ἄπ. IX 16 insiccabilis ἄπ. II 7 interminabilis Tert. Salvian. Hieron. VIII 15 irreposecibilis App. II 2 monubilis ἄπ. IV 2 possibilis Tert. Dig. IV 6. 13 plectibilis Cod. Theod. VIII 11. portabilis Augustin. carm. XXIV 191 resolubilis Prudent. IV 11. VII 7. IX 1. 9 veniabilis Prudent. Non sine exemplo caminus arcuatis ep. II 2 dictum est pro vulgariore vocabulo arcuatus, non qui arcuari potest, et similiter alia. Ex patiendi figura, quae istiusmodi appositis propria est in agendi vim conversa videntur ep. II 2 columnis invidiosa monubilibus et ibid. pg. 39. edit. Sirmond. pelagi mobilis campus cymbulis late secatur pervagabilibus, i. e. quarum carinae facile fluctus scindunt.

Adiectiva in -osus pleraque non cum illo diverticulo quodam significationis novata sunt, quod vetus quidam grammaticus in istiusmodi inclinamentis inesse voluit cum diceret significare ea aliquid nimium, supra modum, quod in culpam incideret, velut praeter alia Catonis illa figura consiliiosus Victoriosus, de quibus Gellius disserit N. A. IV 9. 12. Ep. IV 11 affectuosus Macrob. Cassiod. IV 1. III 14 cantilenosus Sidon. VI 1 colleprosus ἄπ. I 1. VII 9 consiliiosus Cato. Front. carm. IX 72 culmosus ἄπ. ep. II 14 fuliginosus Prudent. I 6. VII 14 illecebrosus Plaut. Amm. Prudent. IV 12 naufragiosus (n. pelagus) Claud. Mam. IV 9 pomposus Venant. I 1. 11. VII 4 praesumptuosus Salvian. IX 6 propudosus Plaut. Gell. App. I 7. III 7. IV 3 tribulosus Sidon. IV 6 tempestuosus ἄπ. IX 16 teporus Auson. III 13 tofosus ἄπ. I 5 etc. ulvosus Sidon. V 6 Victoriosus Cato. Amm. carm. IX 76 voluminosus ἄπ. ep. II 2 extr. voraginosus App. Amm. A. B. Hisp. Ut omittam figurate dictum esse tribulosus ep. I 7. IV 3, longius a principali terminationis vi recedunt et tempestuosus, quod de auctumno aut mari adhibitum esse quis suspectur (ep. IV 6 t. incursus hostium) et culmosus, quod vix poetica imaginandi licentia excusaveris carm. IX 72: culmosos viridi cruore fratres, ex fabula Jasonis de iis qui ex culmis dentium draconis satu ortis progeniti esse dicuntur. Neque illud cantilenosus ep. III 14. IV 1 derivationis naturam servavit, nam non multum distat ab apposito camenalis ep. III 3; cf. ep. III 14: meas nugas sive confectas opere prosario seu poetarum stilo cantilenosas et III 3 in: nunc oratorio stilo nunc etiam camenalibus modis: utrumque igitur nihil aliud significat nisi dicendi genus poeticum. — Sequuntur secundae declinationis adiectiva exitus similitudine his proxima in -arius -orius -ius: ep. V 19 colonarius Cod. VII 11 consuetudinarius Jul. epit. nov. 21. III 14. IX 13. 16 prosarius Sidon. — ep. IX 7 commendatorius Jul. epit. nov. VI 6 compuncitorius (sermo c.) ἄπ. VIII 12 evocatorius Jornand. V 17 fatigatorius ἄπ. V 16 gratulatorius ἄπ. IX 7 increpatorius ἄπ. IV 4: iniurius Ter. Plaut. VIII 11 metatorius ἄπ. I 11 extr. periniurius Cato. App. VIII 6 peremptorius App. Tert. Dig. IX 10 refusorius ἄπ. IX 15 carm. trimetrius Auson. Ex quibus duo vocabula quasi degustandi caussa mutatam latinitatem segregaverim ep. VIII 11 in. (ed. 2*

Sirmond. pg. 233.) Burdigalam invisens metatoriam paginam quasi cum Musa praevia misi i. e. eam, qua quis quasi metatoris functus munere mansionem denunciat et IX 10. Quem literis istis non commendatoriis minus quam refusoriis iam placatus insinuo, i. e. quibus per obsequium alicui indulgetur cediturque: cuius vocis praeter notionem etiam figuratio aliena et iam prope barbara nobis videtur. — Cetera apposita novitate insignia, quae in fines minus vulgatos exeunt, quam ordinatissime enumeremus haec: ep. IX 13 carm. Rhodanitis (R. urbs.) — ep. II 2 extr. circumlaticius ἄπ. VI 8 locaticius Salvian. VII 9 oblaticius Cod Theod. VII 2 sponsalicius Cod. VII 5 metropolitanus Epit. nov. I 3 vicarianus Cod. — VIII 13 aequiternus Claud. Mam. II 14 hirundineus ἄπ. IV 11. I 7 superforaneus Symm. III 13 barrinus ἄπ. VII 14 beluinus Gell. Prudent. II 14 eiconinus ἄπ. IV 22 colubrinus Plaut. IX 7 onychitinus ἄπ. II 10 paupertinus Gell. App. II 2 suberinus ἄπ. (subereus apud Columellam frequens est.) — ep. VIII 3 carm. VII 94 bibax, quod vocabulum Gell. N. A. III 12 a Nigidio Figulo et a plerisque aliis dictum se legisse ait. VIII 12 incur sax ἄπ. IV 9 persequax App. I 11 trebax ἄπ. VIII 3 vomax ἄπ. Ex his novo pravoque inclinatu confictum est trebax, quod ex τρεβανὸς coagmentatum vel corruptum esse docent lexica. — Carm. XXIII 50 asaroticus ἄπ. ep. VII 14 consequus Claud. Mam. ibid. interminus App. Prudent. Auson. ep. III 13 mephiticus ἄπ. IX 11 medioximus Plaut. App. VIII 16 muscicodus ἄπ. II 14 ninguidus Auson. — VIII 11 extr. complex Arnob. Cod. VII 2 summas Plaut. App. II 9 anterior Amm. Prudent. cui appositi gradui adiungamus superlativos ep. III 4 fastigatissimus (f. felicitas) ep. VIII 6 infantissimus; denique quod apud Plautum haud infrequens est, quamquam non adverbi figura (Plaut. Cist. I 1. 65. App. d. D. Sr. 155) penitissime ep. II 9. Hie noster locus desideratur in accuratissima exemplorum enumeratione et apud Neue Lateinische Formenlehre Th. II pag. 93 et apud Draeger Syntax der latein. Sprache I 34. 35. Ceterum eiusmodi superlativi per hyperboles speciem acrius intensi multo in oratione Sidoniana rariores sunt quam apud Afros, qui cum affectatione orationis quaesitoris ducentur, audacius vim appositorum exaggerabant vel exacuebant: confer plurima variaque exempla quae alibi ex Apuleio antea concessi met. VII 486. IV 306. IX 674. X 732. V 338. I 37. VII 449. VIII 523. II 153. Apol. 398. 594. 595. 443. d. D. Sr. 153 Neque ille, ut superlativo nostro infantissimus simile quiddam conquiratur, non respuit met. V 338 quovis pueru pusiliorem et saepius: Apol. 380. 593 met. IX 637. 648. ib. II 144. — Reliquum est ut ea apposita colligam, quae non tam propter derivationis quam compositionis novitatem memorabilia sunt: inter quae reperies multa, in quibus fingendis ad Plautinam facilitatem vel audaciam non modo adspirasse sed etiam adaequasse videtur Sidonius. Quae ego non per literarum initia sed secundum compositionis naturam quo perspectior esset, comparare institui. Ep. IV 8 pistriger, absurdia non declinatione sed notione figuratum, namque quasi patiendi forma designat aliquem a pistri portatum. ep. VIII 11 carm. serpyllifer ἄπ. ep. IX 16 carm. blattifer ἄπ. (b. senatus, i. e. togis purpura praetextis vestitus.) carm. IX 71 bellifer Claudian (— ger. Ovid.) carm. XXIII 471 cyparissifer ἄπ. carm. IX 215 soccifer (s. Menander.) ἄπ. carm. II 444 tigrifer ἄπ. — Ep. VIII 11 carm. dulciloquus Auson. carm. XXII 82. XXIII 446 doctiloquus Enn. — carm. VI 5 etc. dulcisonus Sidon. carm. XV 180 doctisonus ἄπ. carm. IV 8 rhonchisonus ἄπ. carm. V 408 terrisonus Claudian. — ep. VIII 6 saep. aequipar App. Auson. ep. IX 15 etc. bimeter Sidon. carm. IX 265 centimeter Serv. ep. VIII 11 multimeter ἄπ. — carm. XXII 81 crinisatus ἄπ. carm. V 237 nubigenus Claud. Mam. (— a. Stat.) ep. IX 15 carm. omniformis App. Prudent. carm. V 18 ostricolor ἄπ. ep. VII 17 pusillanimis Tert. Claud. Mam. ep. IX 13 carm. plectripotens ἄπ. ep. II 2 septiforis Alcim. Avit. ep. VII 9 carm. et carm. XII 11 septipes Sidon. carm. XII 10. XXIII 131 senipes Sidon. carm. IX 60 semisoporūs ἄπ. carm. II 328 viticomus Avien. Arat. ep. IX 15 carm. volucripes Auson.

In colligendis adverbii eundem fere ordinem secuti primum ex iis quae a participiis deflexa sunt, propter notionis aut formae insolentiam haec memoremus: ep. I 9 succinete (s. dicere) notione audacter translata, quam etiam Ammianus adamavit. VII 9 exacte Gell. (— us Liv.) V 9 exactius. ep. VII 9 ambienter ἀπ. VII 2 9 aspernanter Amm. Augustin. II 2 aenter Amm. II 9. 11 competenter App. Dig. IV 7. VI 3 dignanter Symm. Vopisc. VI 2 gratanter Amm. VIII 11 incessanter ἀπ. I 8. III 3. IV 11. VI 2 indesinenter Augustin. Cyprian. I 2 ioculanter ἀπ. (-ans Liv.) VIII 6 sermocinanter ἀπ. II 1 sufficienter Dig. Pallad. — Ep. V 14 gratiose Dig. (-us Cic.) IX 9 pompose ἀπ. VII 6 praesumptuose ἀπ. — VI 9 consolatorie ἀπ. (-us Cic.) IX 9 disputatorie ἀπ. II 10 imaginarie ἀπ. (-us Liv.); i. effingere epigrammata, i. e. ex imaginatione. ep. I 7 insultatorie ἀπ. (-us Tert.). — ep. VII 9 carm. perenniter Solin. Augustin. IY 9 trebaciter ἀπ. ab illa voce hibrida quam supra notavimus trebax, quod ex Graeco τρεβανὸς correptum esse dicitur. — Plurima vero adverbia ex appositis in -alis et -bilis exeuntibus derivata sunt; isti enim exitus in fingendis adiectivis novis maxime expediti et dilecti erant. Ep. IX 11 causaliter Augustin. I 5 commissaliter ἀπ. VIII 11 conjecturaliter Aggen. (— is Cic.). VIII 6 decemviraliter ἀπ. (— is Cic.) VIII 6. V 13 ducaliter Sidon. IX 14 extemporaliter ἀπ. (— is Plin. Quintet.) VIII figuraliter Tert. Augustin. III 8 fundamentaliter. I 11 invectivaliter ἀπ. (— is non exstat.) V 14. VII 14 iudicialiter Sidon. (— is Cic.) IV 3 carm. XXIII 235 latialiter Marc. Cap. VIII 11 materialiter ἀπ. (— is Macrob.) IX 9 moraliter Donat. (— is Cic.) I 11 municipaliter ἀπ. (m. natus, ubi infra municipalis legitur). VII 14 oculariter ἀπ. (— is Veget.) VIII 11 penaliter Amm. VII 14 potentialiter ἀπ. (— is non exstat.) III 6. VII 9 carm. proverbialiter Amm. Donat. (pr. celebre est.) ep. ad carm. XIV regulariter Dig. Macrob. Augustin. VIII 14 spiritualiter Tert. (-is Vitruv.) Vlll 9 spontaliter ἀπ. (-is App.). — Ep. I 11 improbabiliter ἀπ. (-is Quintet.) VI 14 incomparabiliter Augustin. Hieron. Vlll 10 plausibiliter ἀπ. (-is Cic.) II 10 umbratiliter ἀπ. (-is Cic.): u. effingere, i. e. adumbrare, quod a propria adiectivi umbratilis notione longe immutatum est. Jam si significationis accuratius rationem haberemus, in plerisque adverbii huiuscemodi figurae aliquam animadverteremus audacem brevitatem vel insolentiam usus: velut illud V 13 ducaliter antecedere et Vlll 6 ducalius administrare rem militarem, i. e. ut ducem decet, vel Vlll 6 decemviraliter loqui, i. e. ut solent decemviri litibus iudicandis, sine controversia, distincte, graviter. — Restant adverbia in -tim et -itus exeuntia, in quibus usurpandis atque novandis plurimum sibi indulxit Sidonius, non plus tamen quam ceteri marcescentis aevi scriptores velut Apuleius, apud quem amplius viginti rariora numerantur. Grata autem haec terminatio fuit non solum propter sonitus quandam acutum et gravem concentum sed etiam propter similitudinem quandam orationis priscae. Nam Gelli exemplo N. A. XII 15 edocemur, adverbia v-lut celatim properatim saltuatim a posteris in legendo notata esse propter hunc antiquitatis gustum: invenies autem in Sidonio praeter hoc ipsum saltuatim nonnulla, quae a primae declinationis verbis novata sunt legitimo quidem sed non solito more, ut nuncupatim et emicatim. Ep. VII 9 angulatim App. IV 3 caesuratim Itin. Alex. M. V 14 cavernatim ἀπ. IX 16 coactim ἀπ. IV 15 cochleatim ἀπ. VIII 6 cunctim App. II 13 extr. ἐmicatim ἀπ. III 2 indefessim Claud. Mam. VII 9 carm. IX 16 carm. nuncupatim Claud. Mam. II 2 extr. salebratim ἀπ. IV 3 extr. VII 2 saltuatim. Amm. Sisenna ap. Gell. N. A. XII 15. — ep. V 17 trochleatim ἀπ. IV 11. VIII 6 tumultuatim ἀπ. VIII 2 universatim ἀπ. Hinc exemplum depromere licet facilis et liberae fictionis vel efficacis licentiae: namque praeter Apuleianum cunctim, quod ille d. D. Sr. 126 opposuit voci singulatim aut Flor. I 38 singulatim et discretim, primus ac solus auctor latinus formavit universatim idque eo loco, quo adiectivum optimi scriptores maluissent ep. VIII 2: debent igitur vel aequaevi vel posteri nostri universatim ferventibus votis alterum te ut Demosthenem ... consecrare. — His adde ep. VII 1. VIII 15 caelitus App. Amm. Lact. Cod.

IV 6 cordicitus *ἀπ*. (c. insitum: propriam huius exitus vim oriendi ab aliquo loco oblitus esse videtur.) VIII 7 medullitus Enn. Plaut. App. VIII 1. IX 1. 11 naturalitus Sidon. — VIII 11 altrinsecus Plaut. App. Amm. Lactant. I 2 forinsecus App. Amm. Extremo loco adverbium plus notandum est, quod parum legitime usurpatum est pro magis ep. I 11 versus . . . carpebant plurimum vitia, plus homines. et carm. VII 44 plus notus, deinde multo etiam insolentius ep. VIII 11 (ed. Sirmond. pg. 236.) ad definiendum comparativum gradum: fatigabat libenter quodque plus dulce, libentius fatigabatur cf. Nemesian. E. IV 72 plus formosus.

Proximum est ut verba percenseamus memoratu digna. Sequemur autem ordinem declinationum atque inibi eam numeri rationem ducemus ut dicamus ex octoginta fere verbis tertiam certe partem in primae declinationis speciem tam faciliter quam naturali fictione derivatam esse ab nominibus et substantivis et adiectivis: quorum verborum varietas et frequentia augetur praepositionum adiectione. Plurimis vero naturaliter innata aut vulgo indita est agendi vis desiderantque accusativum: itaque ea animadvertisenda erunt, si quae ab illa vi caussativa desciverunt. Atque quamvis in huiusmodi verbis formandis nullis finibus conclusa aut terminata videatur linguae Latinae facultas scriptorumve licentia, tamen inusitata figura nec improprie nec inscite usurpata novitate ipsa legentium animos converterunt: velut Gellium offendisse videmus nova verba in Gn. Mati mimiambis edulcare vitam et Phoebus recentatur N. A. XV 25 et apud Laberium quem praelicenter ac petulantius verba finxisse ait N. A. XVI 7. 2. depudicare. Eius vero ipsius figurae verba, qualia Gellius propter raritatem excerpanda sibi esse putavit, complura in Sidoni epistolis occurunt, velut ep. V 4 dulcare, quod illi soli proprium est et ep. I 7 devenustare III 3 decervicare, quod praeter hunc locum nusquam legitur. Singula autem literarum ordinem secuti enumeremus sive compositione novata sunt sive derivata noviter. Ep. IX 13 extr. absentare Claudian. Cod. Theod. VII 12 acuminare Lactant. I 9 amoenare Salvian. Cassiod. IV 1 atticissare Plaut. App. ep. VII 7 carm. calculare Prudent. I 9. IX 15 carminare i. e. carmina componere, vox postremae aetatis. ep. I 11 carm. cassare Cod. Theod. VI 1. 7 cicatricari Paul. Diac. Cael. Aur. carm. II 507 circumclamare *ἀπ*. ep. IX 8 combinare Simplic. V 8 compaginare Amm. Augustin. Prudent. VII 16 concatenare Lactant. VI 1 concrucifigare *ἀπ*. II 5. 9 contrastare: praeter hunc locum Cic. ap. Priscian. 8, pg. 803. I 9 extr. convasare Tert. Salvian. VI 12. VIII 6 convenustare Sidon. et posteriores. I 8. VII 3 deblaterare Plaut. Lucil. Gell. III 3 decervicare *ἀπ*. IX 9 defrustare Amm. ep. I 7. II 10 carm. XXII. 203 depretiare Dig. Tert. carm. IX 20 diffulgurare *ἀπ*. V 4 dulcare Sidon. VI 12 effigiare Prudent. IV 1 extr. egelidare *ἀπ*. VIII 9 elaqueare Amm. Prudent. VIII 11 eluminare *ἀπ*. V 16. VIII 11 exorbitare Tert. Augustin. III 13 facetiari *ἀπ*. IX 5 foederare Amm. Paul. Nol. (— atus Cic.) I 5 fornicare *ἀπ*. (— atus Cic.) I 11 extr. humiliare Amm. Tert. IX 9 implagare *ἀπ*. ibid. inhamare *ἀπ*. VIII 3. IX 9 extr. innodare Amm. Cod. VII 10. VIII 15 intimare Solin. Amm. Symm. Tert. III 13 iejunare Tert. Hieron. IX 3 extr. liturare *ἀπ*. (i. e. litura delere aliquid.) III 13 maestificare Augustin. IX 3 mediare Pallad. VII 14 novercari *ἀπ*. carm. IX 48. XXIII. 90 principari Lactant. Augustin. V 17. VIII 11 pronare Sidon. IV 3 propalare Claud. Mam. Augustin. Oros. III 1 extr. proterminare App. II 2 extr. protuberare Solin. VIII 12 pulpitare *ἀπ*. I 4. V 1 reponderare Claud. Mam. carm. IX 83 resibiliare *ἀπ*. ep. I 6 rhonchare *ἀπ*. I 2. 11 sequestrare Tert. Macrob. II 9 sordidare Lactant. III 1 sublimare Enn. Cato. App. VIII 12 subiugare Arnob. Claudian. Dig. IV 6 sufflamare *ἀπ*. ep. IX 9 carm. XV 75 superemicare Sidon. VII 6 triturare *ἀπ*. VII 9 trutinare Hieron. Cassiod. VI 12 turbidare Solin. Marc. Cap. IV 8 viare App. Prudent. II 10. VI 9. VII 2 vicinari Cael. Aur. VIII 13 vivificare Eccl. Quoniam horum verborum tam expedita et usitata est fictio, non miramur concinnitatis consonantiaeque studio vel figuratae orationis captatione ductum quaedam Sidonium prorsus legitimate novasse. Nam quum innodare i. e. nodo aliquem

constringere apud alios etiam legatur, tum verba implagandi et inhamandi consequenter confinxit pro plagis irretire, hamis inescare, eaque omnia uno enuntiato conclusa invenies ep. IX 9 ed. Sirmond. pg. 265 extr.: implicaturis . . in retia sua praecepites implagabuntur syllogismis . . . linguam inhamantibus, dum spiris categoricis lubricas quaestiones tu potius innodas. Quid de istiusmodi fragmentis latini scriptores ipsi iudicaverint, apparet ex iis quae Gellius N. A. XVII 2. 3 simili verbo inlatebrandi (i. e. latebris se condere) ex Claudi Quadrigari annalibus desumpto annotavit: verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum. Deinde illa a substantiis primae declinationis derivata liturare, triturare quis improprie aut contra analogiam deducta esse dicet? At simile verbum viandi (App. Prudent.) Quintilianus et sensit et profitetur infelicius pro eo esse fictum Inst. or. VIII 6. 33. Pulpitare, quod non modo primus sed solus usurpavit, ex verborum ac rerum contextu quid significet patefit ep. VIII 12: carinarum ventres trabium textu pulpitate: est igitur in modum pulpiti tabulas clavis affigere. Neque ita multo licentius ceteris propalare ep. IV 3 ab adverbio mihi quidem videtur deflexum esse. Atque quum haec terminatio — are proprie adscita sit ad exprimendam vim agendi, ea verba non omittenda arbitror, quae perperam neutro sensu posita sunt: velut absentare, quod apud Claudio Rapt. Pros. III 213 et in codice Theodosiano pro absentem reddere dictum est, ep. IX 13 occurrit pro absentem esse. Quid enim ibi: pari tempore absentans quum domum rediit Ulixes invenire potuisse, absentans est aliud nisi cotidianum tritumque absens? Item conquadrate, quod apud Varonem quadratum facere est, patiendi naturam induit ep. II 2 ed. Sirmond. pg. 35 cella . . spatii parilitate conquadrat. Illud ep. III 13 ieunare pro iciune vivere aptissime committitur cum diurnandi figuraione (i. e. diu vivere) quam a Claudio Quadrigario inusitate inventum esse animadvertisit Gellius N. A. XVII 2. 16. Notione variatum est exorbitare: tum enim est ex orbita detrudere velut ep. V 16: nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicinae quoque obsidionis terror exorbitat, tum idem atque ex orbita devenire cf. ep. VIII 11 extr.: ve reor (eum) a catholicae fidei regulis exorbitaturum. IX 9 a regula Sallustiani tramitis de tortus exorbitat. Ceterum negaverim de isto eonsilio mutatam esse notionem quo Gellius N. A. XVIII 12 memorat habitum esse in oratione facienda elegantiae genus ut pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent. Jam ea quae audaci translatione immutata sunt, propter nimiam multitudinem enumerare supersedeo velut ep. I 9 extr.: undique omnium laudum convasatis acclamationibus, et ep. I 9 amoenare, I 2. 11 sequestrare pro seiungere vel dimovere, ep. VII 6 triturare (tr. variis passionum flagellis), denique vicinari, quod cum ceteris locis ep. II 10. VII 2 pro vicinum esse adhiberet, tum etiam posuit non pro finitimum sed affinem esse ep. VI 9: quia vicinatur innocentia festinata correctio.“ Praeter haec pauca tantum verba adnotamentis digna sunt, in primis inchoativa nove aut insigniter facta: quorum habitus rarior quam accurate propter aut infrequentiam aut novitatem a superioris aetatis auctoribus animadversus sit, ex Gelli N. A. XIX 7. 8 perspicitur, qui in Laevi poetae Alcesti praeter alia fortescere pro fortē fieri notabat. Ex Sidonio rariora verba concessi haec: ep. IV 1 brutescere Venant. Lactant. VIII 3 crepusculascere ἀπ. (-ascens, participi forma legitur.) V 17 detepescere ἀπ. VII 9 carm. exacerbescere App. VII 2 familiarescere ἀπ. V 14 phtisiscere ἀπ. carm. XXII 46 refrondescere ἀπ. ep. II 10 vilescere Augustin. Hieron. Ne quid omisisse videar, addo verba compositione vel duplici novata ep. IX 13 redicere ἀπ. IV 2 Claud. Mam. revergere ἀπ. VI 1. IX 3 superinspicere Sidon. (cf. Draeger l. c. I 19. 118.) Quae per ὄροφατονιάς speciem inventa sunt in loquendo multo magis crebra fuisse arbitror quam in scribendo velut ep. VII 9 fringulire Enn. Plaut. App.; ibid. hirrire Paul. Diac. II 2 minurrire Spartan. Denique desiderativa duo a Sidonio et solo usurpata et mirum quantum adamata sunt ep. II 10. VII 18. IX 7 lecturire et VII 18. VIII 11 scripturire.

Ut totum nominum verborumque volumen conficiam, iam deminutiva et vocabula Graeca

recensebo: quae non temere sed certo de consilio non singulis vocabulorum speciebus immiscui, sed separatim extremae parti reservanda esse putavi. Deminutivorum usus apud Sidonium parvissimus est eaque modestia vel maxime differt ab Apulei oratione exuberanti affluentique talibus deliciis, quibus legentis animus quasi titillationem quandam sensu indipiseretur. Est igitur eius dictio, quamvis artificiose ceteris rebus affectata sit, tamen magis seria ac severa pro materia parum iocosa, quam epistolis tractat. Si qua forte facetius lepidiusque conscripta est epistola velut ad Constantium VIII 16, crebiora sunt eiusmodi vocabula: ibidem enim invenies in paucis versibus opusculum ampliuscule vetustulus zothecula armariolum: sed vix alteram cum hac commiseris similem. Sunt autem omissis iis, quae in scribendo satis frequentia sunt et quasi civitate condonata, haec: ep. VIII 16 ampliuscule ἄπ. ibid. armariolum Plaut. (nostro loco figurate dictum est.) IX 6 bonuscula Cod. Theod. VII 3 contestatiuncula ἄπ. II 2 cymbula Plin. I 4 declamatiuncula Gell. I 2 legula (aurum) ἄπ. VI 4 latrunculus Cic. III 1. VII 2 municipiolum Sidon. VII 3 peniculus Plaut. Ter. Dig. ep. IX 13 carm. ravulus ἄπ. VIII 16 vetustulus ib. zothecula Plin. Ut simplex appositum ravus flexit a colore ad sonitum ita etiam de voce rauca et parum liquida scripsit I. e. pg. 276 ed. Sirmond.: date ravulos choraulas.

In vocabulis ex Graecorum lingua repetendis Sidonius iisdem fere terminis satis arctis continetur, quibus ceterorum omnium scriptorum consuetudinem circumscriptam esee disputat Draeger Syntax pg. XX. Plerique igitur iis vocabulis, quae artium aut literarum proprietatem quandam designant nimirum continebantur, quippe quibus non bene supersedere aut quibus latina nomina non possent vicaria supponere sine aliqua molesta vertendi difficultate. Erant etiam qui sui nativi patriisque sermonis facilitate praestantiaque gaudentes inde quasi doctae facundiae palmam quaererent, ut quam plurima vocabula adaequarent latinis quam perfectissime et suavissime (cf. App. Apol. 481. 491: animadvertes . . . nomina etiam Romanis inusitata et in hodiernum quod sciam infecta . . . labore meo et studio ita de Graecis provenire, ut tamen latina moneta percussa sint.) Praetermissis iis, quae cotidiano usu iam paene in latinitatem adscita erant, in Sidoni epistolis seiunxi primum rerum appellations, quarum ne nomina quidem Romani immutaverunt quum ex Graecorum consuetudine desumpsissent res ipsas: quo in genere sunt ea, quae ad architecturam, musicen, mathesin pertinent ceteraque aut artes vel artifia aut literas. Etiam in his, quamvis plus laxamenti sibi dederit Sidonius, tamen inusitatiora non adhibuit quin veniam prafaretur, et quasi verecunde cf. ep. II 2: piscina seu graecari mavis baptisterium. ep. VIII 11: ut verbo matheseos utar, climactericus. Quantum momenti ac prope necessitatis ad diligendas voces Graecas in rerum tractatarum proprietate fuerit, vel ex his epistolis effeceris I 2 extr. pg. 6. ed. Sirmond., II 2 pg. 37, VIII 11 pg. 237, quae quum prima musicen attingat, altera domus architecturam pretiosamque supellectilem describat, tertia materiam mathematicam i. e. astrologicam intromittat, omnes praeter modum solitum ut ita dicam τεχνολογίας appellacionibus scatent. Ep. I 9 aenigma Cic. VIII 16 aenigmatista Augustin. IX 9 allegoricus Arnob. VIII 11 anadiplosis Marc. Cap. ibid. apocatasticus. ibid. asyndetus Diomed. VII 9 authenticus Dig. Cod. II 2 baptisterium Plin. IV 1 categoria Hieron. Isid. IX 13 carm. choraula Plin. VIII 6 chronographus ἄπ. VIII 11 climactericus Plin. I 9 comma Cic. Quint. I 5 crypticus ἄπ. VIII 11 diastema Frontin. Marc. Cap. VIII 11 echoicus ἄπ. I 9 epitaphista ἄπ. VI 1 epigrammatista ἄπ. V 5 euphonnia Donat. carm. XXIII 301 gelasianus ἄπ. carm. IX 205 hecatombion ἄπ. (—e Varro.) ep. IX 11 holographus Hieron. I 2 hydraulicus Sueton. Vitr. II 2 hypodromus ἄπ. VIII 11. 14 hypocrisis Donat. IV 3. VII 2 hyperbolicus Sidon. I 2 lyristes. I 9 mechanema ἄπ. V 7 marsupium Plaut. Varro. Prudent. I 2 mesochorus Plin. I 2 organum Plin. Sueton. IV 1 panegyrista ἄπ. I 7 perimachia ἄπ. VIII 11 planeticus ἄπ. I 9 phonascus Varro. Suet. V 7 parabolice ἄπ. I 2 schema. VIII 11 schisma Tert. Prudent. I 11. IV 18 satirographus Sidon. V 17. II 9

sphaerista Sidon. IV 3 tapinoma ἄπτην. VIII 11 tetragonum Frontin. Marc. Cap. I 7 trapezita Plaut. V 8 tyrannopolita ἄπτην. IX 3 tropologicus Hieron. Altera deinde est species rerum ac verborum, quae fidei Christianae placitis institutisque et orta et tradita sunt: quae cum a primordiis novae religionis Graeca lingua exulta essent, non bene vitanda erat peregrinarum vocum usurpatio. Ceterum non idem Christianitatis color dictioni infusus est, qui Tertulliani vel Cypriani libris, quoniam nonnullis tantum epistolis res sacras attigit, in fidei decretis aut praedicandis aut explicandis aut defendendis non multum versatus. Quum vero pleraque vocabula omnibus ecclesiasticis scriptoribus communia sint, auctorum nomina non fere adscribam, nisi quae Sidonio soli usitata sunt. Ep. VII 9 abbas. II 9 carm. anachoresis ἄπτην. carm. XVI 97 anachoreta. ep. IV 25 archidiaconis. VIII 14 archimandrita. ib. azymus. IV 15 baptisterium. (altero loco quem supra attulimus, ep. II 2 positum erat pro natatoria.) IV 11. VII 9 catholicus. VII 9 carm. charisma. ep. IV 3 carm. XXIII 451 commaticus. IV 25 coepiscopus. VIII 14 coenobium. VII 6 dioecesis. IV 25 etc. ecclesiasticus. VIII 14. IX 3 eremitus Sidon. VII 9 carm. evangelista. VII 7 haeresis. VI 12 haereticus. VII 6. IX 9 haeresiarcha. V 7 litania ἄπτην. IV 25. VII 17 monasterium. VI 12. IX 4 patriarcha. VII 6 parochia. VII 9 carm. psalmographus. II 9. IV 7 protomysta. VIII 14 schisma. Sunt haec sane exigua ex comparatione aliorum ut Tertulliani: apud quem immodicus et paene fastidiosus est talium vocum numerus; ipse enim adv. Valent. 6. Graeca se malle ac plurimum positurum esse profitetur, quoniam quorundam de Graeco interpretatio non occurret ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de sexu genera convenienter, quorundam usitator in Graeco notitia esset. Iam praeter locutiones ipsas nihil apud Sidonium Graecum morem redolet et quum ceteri decrepitae latinitatis auctores in primis Afri structurarum vario genere e Graecis depromptarum propter audacem eandemque venustam facilitatem orationem ornarent et insignirent, ut paene graecissari ipsi dici potuerint, Sidonius non plus sibi indulxit, quam argenteae quam dicunt aetatis scriptores.

Aptissime haec etymologica pars concluditur iis, quae de vitiosa nominum declinatione animadverti. Sunt autem tam pauca, ut ea quae de immutabili grammaticae latinae stabilitate disputat Draeger l. c. praef. pg IX etiam postremorum scriptorum lectione comprobentur. Nam praeter genitivi formas ep. I 7 occurrentum ... sancientum, quas ubivis posuit (quarum exempla ex poetis Augustae et scriptoribus insequentis aetatis permulta conquisivit Neue Formlehre der lat. Sprache II pg. 58) nihil reperi nisi vocativum ep. IV 10 domine meus et I 9 med. Lolli meus, dein ablativi formam inter grammaticos ambiguam ep. VII 9 carm. pro animabus. Nam illud participium perfecti passivi ep. II 10 latinitatem interitam (cf. Neue l. c. II 256) non propter declinationem sed propter notionis usurpationem pravam notandum est.

Proposuimus fere vocabulorum supellectilem, quibus quidem dictionis Sidonianae proprietas aut exprimatur aut certe adsimuletur. Inde quid de scriptoris indole iudicandum sit sibi quisque sumat. Hoc ego iterum ac saepius urgendum arbitror nihil eum quamvis latinitatem ditaverit tot vocibus novis, novasse contra leges linguae sive praeter analogiam. Quis enim consequens pro consequens ep. VII 14 culpabit, quando occiduus pro occidens saepissime lectitavit? Aut quum amoenum facere et palam facere eadem ratione legitimate ponamus, cur quis amoenare ep. I 9 licetum, propalare ep. IV 3 illicitum esse dicet? Ne illa quidem, quae ex vocabulis Graecis compositione (complatonicus ep. IV 1, coepiscopus IV 25) aut flexione latina derivata sunt vitium vel vituperationem habent. Ita si, quod Cicero latinitate condonavit theca indeque thecatus ep. I 2 feremus, cur ep. II 2 endromidatus reiciemus, quoniam endromis post demum in latinitatem receptum est? Similes voces, quas vix hibridas appellaverim, hae sunt ep. IV 1 atticissare Plaut. V 14 phtisiscere φθισίσει, ep. IV 8 pistriger πιστρίγης, carm. XXIII 50 asaroticus ἀσάρωτος, II 2 cryptopoticus Plin., praeter vulgata in -alis: clericalis, episcopalis, denique quod semel dictum est ep. VII 9

carm. monasterialis. Fortasse duo, in quibus iam supra offendebamur, iure reprehenduntur I 11. IX 9 trebax trebaciter et carm. XXIII 301 gelasianus ἄπτ., cui nativum verbum Graecum vix ap- posueris prorsus congruens.

At licet nullum verbum prave figuratum sit tamen nonnulla inlepidius insuaviusque, multa redundanter facta sunt, nulla urgente necessitate. In quibus plerumque animadvertes, puri atque elegantis sermonis simplex vocabulum productum esse terminatione longa, cuius sonitus cum pondere quodam auribus inferretur. Ista productione significatio tantum abest ut varietur ut nihil aliud auctorem egisse appareat quam ut pro vulgato i. e. sordenti vocabulo poneret inauditum atque insolens. Haec immoderata atque infrenis licentia novandi verba eaque in homine purae linguae sollicite studioso, quantum a priorum saeculorum severitate distet, vel Gelli testimonio illustretur, qui in hunc modum iudicat N. A. XI 7: Verbis uti aut nimis obsoletis excusatique aut insolentibus novitatisque durae et inlepidae, par esse delictum videtur. Sed molestius equidem culpatusque esse arbitror verba nova incognita inaudita dicere.“ Itaque si paria quaedam vocabulorum comparamus, quid interesse statuemus inter vicarianus ep. I 9 et Ciceronianum vicarius, aut consuetudinarius ep. VII 11 et consuetus, inter famulatrix carm. II 128 et famula? Similiter propagatione terminationis aut alia insolentia haec insignita sunt: carm. IX 35 sinuamen pro sinus, IV 12 indages pro indago vel indagatio, IX 13 absentans pro absens, IV 3 proloquium pro praefatio, multa praeterea alia, quae in tanta linguae supellectile prorsus non desiderabantur. Ex eadem laeta atque luxurianti ubertate alibi alia eiusdem vocis figmenta delecta sunt, velut in eadem epistola VII 14 bestialis et beluinus, IV 17 potor Mosellae I 8 bibitor Araricus, I 5 Rhodanusius IV 13 carm. Rhodanitis urbs, IX 13 confabulatio IX 11 confabulatus, vel etiam a diversis vocibus derivata eiusdem tamen notionis ut VII 9 lenocinamentum VI 1 incentivum II 2. III 13. VIII 11 fomes pro vulgari incitamentum, ep. III 3 camenalis, ib. 14 cantilenosus pro poeticus. Ita quinque idque satis insolenter orationem variavit quum diceret tum tabellarius tum oblator gerulus baiulus portitor literarum sive apicum cf. deinceps epp. IV 8. I 5. IV 6. 7. VI 8. Ceterum ad vocabula tractu augenda non habuit potiorem exitum quam adiectivorum in -alis. Hinc illa amicalis inimicalis divalis grammaticalis nocturnalis spontaliter stipendialis etc. maluit quam iusta sed nimis trita vocabula amicus inimicus divus grammaticus nocturnus sponte stipendiarius; ita etiam pro Ciceroniano „in proverbio est“ nove dixit ep. II 6: proverbialiter celebre est.“

Denique additamenti loco adiungamus extremum, in istiusmodi figmentis posse animadverti etiam apud Sidonium, quod ab aliis de tota latinitate extremi aevi dictum est, illas terminaciones in primis delectas esse ac saepissime occurrere, quae post ex latino in nostrarium consuetudinem abierunt; pleraque vero sunt eae notiones, quas imaginando aut intelligendo concipimus. Ex iis igitur vocabulis, quae nos cotidiano sermone iactamus, notavi in Sidoni epistolis haec: ep. III 13 animositas ep. VII 9 exacte. VIII 11 complices. II 9. 11 competenter. IV 3. VII 1 mephiticus. VIII 6 peremptorius. IX 9 disputatorie. IV 9 pomposus. I 1. praesumptuosus. carm. IX 76 voluminosus. VIII 12 reptilis. VIII 11 constellatio. IV 2 revisio. VII 2 praestigiator, et ex verbis: IX 13 extr. absentare. IX 8 combinare. VII 7. carm. calculate. I 11 cassare. II 5. 9 contrastare. I 2. 11 sequestrare; denique plurima apposita in -alis exeuntia: IV 1 bestialis. VIII 4 bibliothecalis. IV 4 clericalis. I 7 decretalis. IV 11 episcopalis. III 8 fundamentaliter. VIII 14 finalis. VII 9 grammaticalis. VII 14 intellectualis. VIII 11 materialiter. IV 22 notabiles: Ciceronianum quidem adiectivum, at plurali numero hic ad nostrum fere dicendi morem adspirat. V 19 originalis. VII 14 oculariter. VII 14 potentialiter. ep. ad carm. XIV regulariter. VIII 8 ruralis. ep. ad carm. XIV specialiter. IV 10 usualis. Quamquam illud concedo, nonnullorum vocabulorum formam, non significationem qua nos utimur, apud Sidonium legi velut revisio peremptorius voluminosus sequestrare.

Congesta vocabulorum copia proximum est ut syntaxin scriptoris paucis perlustrem. Hanc ego appendiculam ad complendam commentationem adiecturus quum strictim epistolas rele-

gerem, pleraque in transcursu notavi. Ac primum in casibus singulis usurpandis si omittimus ea, quae contra optimam normam prioris iam saeculi scriptores et in primis poetae sibi sumpserunt, admodum raro Sidonius deliquit eaque re vel maxime patet, quam observantissime eum lectione multa et quam purissime proprietatem dicendi antiquam retinere voluisse. Genitivo raro tantum abusus est. Huc refer ep. II 7: bibliothecarum medius vel togarum. VII 9 carm. vir . . . totius popularitatis alienus. VIII 8: ruralium operum negotiosus. Nam illud I 1: contenti opinione versuum, i. e. quam ex versibus parimus, quum per se satis probabile sit, tum historicorum usu celebre est. Sunt haec profecto perexigua si cum illis genitivi structuris committimus novitatem et audacia insignibus, quas Afri immodice et fere libidinosi frequentare non veriti sunt. Itaque frustra in Sidoni epistolis requires, qualia in Apulei libris sexcenties leges: foras corporis, recreabar animi, sitit undae, sui meliores, spei fatigatus, corporis curata cf. deinceps Apol. 509. Met. II 116. d. D. Sr. 172. Met. VIII 582. IV 246. V 323. Dein ablativos haud inusitatos dativosque aliquanto insolentiores animadverti hos: ep. I 1 immane dictu. IV 2. V 17 possibile factu. ep. I 5 oppida divisui fuere. VIII 2 conflictui exsortem: quod quidem sine exemplo dictum est. Item pro genitivo locum habet dativus ep. I 2 pilis . . . cotidiana succisio.“ Denique duo verba a consuetudine abhorrent ep. I 11: evadere non erubescit loquenti, cuius constructionis alia exempla ex Plauto Lucretio Gellio quin etiam ex Cic. ep. fam. XVI 12 lexica praebent, et defraudare, quod Cicero posuit aliquem aliqua re, ep. I 2: ut laudibus eorum nihil ne regni quidem defraudet invidia“ dictum est quasi detrahere alicui aliquid. Uni exemplo accusativi inusitatoris ep. I 10: fragor theatalis caveae famem insonat“ (Verg. A. VII 451. in. verbera.) aptissime adiunxerim adverbium relativum quo ratione prava pro ubi positum ep. II 2 quo loci recumbens. IV 1 quoquo loci es.: quorum prius ne a Ciceronis quidem dictione alienum est cf. ad Att. VIII 10. div. II 66.

Nec plus fere de usu praepositionum excerpti. Notione magis legitima quam frequenti ab caussam designat ex qua aliquid oritur: huc subicias exempla VII 9 carm.: ab austeritate non habent caros. ep. II 1 a vanitate crudelis. ibid. epistolas publice a iactantia dictat. Saepenumero vocabulo suo postpositum est velut ep. IV 24: aggere a publico. ep. IX 4 quod inter Quod ep. VII 11 coniunxit: desiderium de vobis, substantivi potius quam praepositionis culpandum erit vitium. Denique adverbi naturam retinuit p[ro]ae cf. I 9 extr. praeque denuntio. Ex pronominibus illud perperam ac sine exemplo scriptum est I 11: si requisivisses, qui genus unde domo; haec vix operae pretium est notare IV 8 quomodounque. V 21 vir undecunque doctissimus cf. Plin. h. n. II 105, denique quae saepius inter se referuntur carm. II 22: tot . . . quanta: quae conexio frequentissima est Afris cf. exempla, quae congesserunt Buenemann ad Lactantium I 3. 21 et Hildebrand ad Apuleium pars I pg. 552. His nescio quo pacto subiunxerim adiectivum totus, quod pro omnis aperte locum habet IX 5: ut illos muneretur innocentia, nos quiete, totos securitate. IX 14 extr.: laudabant . . . plurimi ingenium, toti pudorem. — Ex particulis praeter duplicitum illud IV 8 in: saltim viator, saltim eques, quod pro vel — vel interpretandum est, duae in primis in se convertunt propter usurpationem longe ab alienatam ab optima regula et iam barbaram. Ac primum cur significatione relativa qua ad vocabulum aliquod ratiocinandi, caussae vel argumenti refertur, legitimum quidem est: quod quum ad alia quoque verba adhibetur, tum insolens quasi breviloquentia quaedam legentis animo percipitur. Quodsi duos locos comparaveris I 13 (pg. 57 in): felicissimum appellas propter hoc quippe cur per amplissimos fascium titulos fuerit electus, et I 1: propter quod illum ceteri . . . cur veterosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt“ invenies retentam quidem esse vim relativam, sed ad causalit[er] particulae quod naturam proxime accedit, velut apertius nullo demonstrativo praecedente ep. I 3: me senatu move, cur adipiscendae dignitati haereditarii . . . incumbam.“ Deinde particula quod praeter licitum usum velut ep. III 3: praetereo quod. ibid. omitto quod, ubi variandi caussa paulo

infra posuit: mitto confluxisse, tum verba sentiendi et dicendi insequitur velut I 11. V 1 audire, I 7 (pg. 18) respondere quod, tum pro ut locum habet carm. XXIII 228: Forte fuit quod imperator venire vellet": utrublice vero non sine exemplo usurpatum sed partim prisorum partim posteriorum consuetudine probatum est. (Plaut. Cato. Varro. Vitr. Justin.) At huic loco similem exquirere non potui III 3. pg. 67, ubi Gothos proelio fusos cladem suam fraude ac festinatione humationis celare voluisse refert, „sic tamen quod nec ossa tumultuarii cespitis mole tumulabant.“ Ex ceteris syntaxis partibus in primis commemorandus est liberior infinitivi usus: neque tamen quidquam fere invenies, quod non antecedentis aetatis et iam argenteae quam dicunt latinitatis auctores sibi sumpserint licenter. Primum hoc referenda sunt verba, quorum natura infinitivum respuere videtur velut ep. I 5: auspicabant evolvere cf. Seneca ep. 83. Plin. Suet. Tac. et IV 8: disponis offerri, quod verbum et notione inflexerunt et ita coniunixerunt Pallad. Amm. Frontin. Dein ceteram verborum seriem breviter perlustremus. Ep. I 2: timet timeri. IV 8: secus fore plurimum timeo. IX 14 extr. et saepius: vereare me iudices Catonianos advocaturum; cf. Caes. Liv. X 36. Hor. Ov. Suet. Plin. — Ep. VII 10: excolare curarem. I 2: curavi efficere epistolam; Hor. Ov. Suet. — Ep. I 11: compulit praecipitare. Vll 11: longiuscule me progredi amor impulit; Ov. Curt. Lucan. Suet. Tac. Liv. XXII 6. — Carm. XXIII 11: suades scribere. VIII 14: suadetis sperare. cf. Verg. A. XII 814. Quint. inst. II 5. 23. X 2. 24. — Uni loco ep. I 11: petis tibi transmitti, e lexicis alterum apponere nequivi. At cetera haud infrequentia sunt velut ep. III 3: cernere erat. IV 21: intelligi datur; Plaut. Hor. Plin. Quint. VII 1: sentire defuit per naturam; apud superiores scriptores quin vel quominus insequitur Prop. I 16. 7. Sil. XI 50. Tac. h. IV 1. — Ep. VI: transferre non vacans; cf. Quint. inst. I 10. 12: non vacabit inchoare haec studia. — Denique verbum faciendi creberrime infinitivum habet, ut apud Verg. A. II 538 et saepissime apud Amm. Pallad. Scrib. Ex Sidonio haec exempla collegi carm. XXIII 11: facis tacere. ep. III 5 ut. . . . me faceret postulare. III 13 ambigi facit. I 10 onera faciet efferri.

Iam quamvis multa supersint, quae a consuetudine pure atque eleganter loquentium abhorreant (velut indicativus perperam positus ep. I 11. pg. 26: videtis, ut Catullinus deperit risu? et temporum mutatio ep. ad carm. XIV: mecum granditer reproto, quatinus . . . fescennina cantarem) tamen nec tanti putamus et, quo vel maxime impedimur, nimis disiecta et exilia sunt, ut vix rationem possis constituere, qua singula persequaris. Inde ego nullum laboris fructum percipi posse reputans quando non esset certa colligendi ratio ac norma, his interim contentus fui et multa in scribendo a me peccata vel omissa confessus nec recusans ne quando diligentiae subeam vituperationem.

H. Kretschmann.

